



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. XIII. De Missionibus, & Mutationibus Nostrorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

## S E C T I O XII .

*De communi ratione juvandi  
Proximos.*

\* 1. **S**eligat Provincialis idoneos operarios; ministeria ritè obiri curet; eorumque tempus designet; & pestilentia infectis juvandis aliquos seponat. *d*

2. In Collegiis Scholastici tantum, non reliqui Externi, ad pietatem excolantur; si in eadem Urbe simul Domus Professorum habeatur. *c*

† 3. Ornatus Ecclesiarum in festis præcipuis sit moderatus: *f* Confraternitates Externorum, nec à nostris currentur, nec coëant apud Nostros: *g* Examinatores ad Ordines de sola doctrina judicium ferant. *h*

## S E C T I O XIII .

*De Missionibus, & Mutationibus  
Nostrorum.*

1. **P**rovincialis non abeat à sua Provincia sine Generali, nec Præpositus, aut Rector à sua Domo, vel Collegio, absque Provincialis facultate; nisi locus esset

\* Operarios de signet.

*d* P . 4 C . 6 . § . 3

& c . 8 . § . 3 . 4 .

5 . 6 . & c . 10 . § .

10 . & C . 2 . D .

6 2 . & R . 9 7 .

9 8 . 9 9 . 1 0 0 .

† Et quibus in Domibus.

*e* P . 7 . C . 4 . § . 10 .

& R . 1 0 1 .

Ornatus Ecclesiarum, Confraternitates, Examina Secularium.

*f* R . 1 0 2 .

*g* P . 7 . C . 4 . G .

& R . 1 0 3 .

*h* C . 2 . D . 7 2 .

& C . 4 . D . 6 3 .

& R . 1 0 4 .

Mutare Stationem.

esset vicinus, aut sine gravi incommodo expectari Superioris responsum non posset. Reliquorum verò mutationes intra Provinciam Provincialis ipse ne faciat, sine causa alicujus momenti.

*s C. 2. D. 12.  
& R. 105.*

*Versantes in  
Missionibus.*

*1 R. 106. 107.  
108. 109. 110.*

*111.*

*Mittere in alias  
Provincias ali-  
quando potest.*

*m R. 112.*

*Mutationes hu-  
jusmodi ancon-  
stituant in alia  
Provincia.*

*n C. 7. D. 60.*

*Inminente  
Congregatione  
Provinciali no-  
quit mutare.*

2. Operarii in Missionibus ab eo instruendi, & dirigendi juxta Constitutiones, præsertim Par. 7. C. 1. & 2. & Regulas Missionum.

3. Neminem mittet extra Provinciam suam, nec etiam ad laborandum in Vineas Domini, nisi negotii alicujus, aut peregrinationis causâ, aut nisi constaret de Generalis voluntate; vel conveniret cum Provinciali illius Provinciæ, ad quam mittere aliquem ad tempus voluerit. Ad Provincias tamen extra Europam, & inter ipsas met, hæ transmutationes, sine facultate Generalis, ne fiant.

4. Per has autem mutationes, mutatio Provincialium consensu factas, si temporariæ fuerint, applicari Nostri possunt Provinciæ, ad quam sunt translati auctoritate Provincialium: in perpetuis verò recurrendum ad Generalem.

5. Post cognitam Generalis mortem Provincialis neminem ex iis, qui jus suffragii habent, ex sua Provincia in aliam mittat, ante Congregationem Provin-

vin-

cialem; nisi causa sit adeò urgens, ut ipse, & major pars Consultorum ipsius existimet esse mittendum: <sup>o</sup>

<sup>o</sup> R. 113. & For.  
Con. Prov. §.  
13.

6. At cum Nostris peregre profecturis observet quæ prescribuntur Reg. 114.115.  
116. 117. & ne detur ansa proprietati particularium, curet alicubi servari communia instrumenta itinerum. <sup>p</sup>

*Quid cum per  
elegit.*

<sup>p</sup> In. 14. §. 12.

## S E C T I O X I V.

### De Visitatione.

1. PRÆpositi Provincialis valde proprium officium est visitare Provinciam suam; quod præstabit singulis annis. Ibi verò diutiùs immorabitur, ubi magis erit opus; præsertim in loco, ad communicationem cum inferioribus, & Generali Præposito, magis commodo. <sup>q</sup>

*Visitatio fre-  
quens.*

<sup>q</sup> P. 8. c. 1. I.  
& C. 1. D. 111.  
& R. Prov.  
118.

2. Si quando, ob causas graviores, visitare omnia loca sue Provinciæ ipse non possit, re cum suis Consultoribus collata, ad ea, quæ non potest, sibi alium substituat. Quamvis omnino curandum sit, ut Domus Probationis, & Scholasticorum Seminaria peculiari Cura, & per se visitet. <sup>r</sup>

*Quando dele-  
gari possit.*

<sup>r</sup> R. 119.

3. Ordo verò servandus in Visitatione traditur accuratissimè Cap. 14. Reg. Pro-

*Quid in ea  
præstandum.*

<sup>viii</sup>